Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dicens. Ignoras ergo me quoque ante annos. xx hinc mun
do fuisse defunctum. nullamque iam posse de huius cellule
sepulchro. que ad presentis vite pertinent statum
tibi conferre solatia que in tantum xpc ab intentio
ne abrenuntiationis mundi arrepte vel modicum ad
extrahendum bouem tuum non patitur relaxare. ut ne bre
uissime quidem momenti inducias. sequenti se discipulo
pro patris indulserit sepultura.

Dicebat abbas daniel quia dum in here
mo scithi esset beatus arsenius. erat ibi quidam
scema quidem monachus. & furabatur de
cella monachorum quod cumque inuenire potuisset. Beatus
autem serenus festinabat saluare animam eius. fecitque
ei cellulam prope suam cellam. & dixit ei. Si quid necessa
rium habes ego tibi prebebo. tantum cessa & noli furari
& condempnare animam tuam in eternum ignem gehenne
in iudicio dei. Misit autem ad quendam amicum suum
& accepit solidos. & numos. & uestimenta. & dedit
ei. Post hec autem iterum inuentus est in furto.
Tunc iam omnes sci seniores considerantes quia non
cessabat furari. & abscondere. expellentes effu
gauerunt eum dicentes. quia si fuerit aliquid paruum
uicium in fratre. oportet nos sustinere. sic dicit & iam
apostolus uos firmiores sustinete infirmos in fide. ut
possint salui fieri. & necessarium est secundum preceptum